

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentius,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope
innumerabilibus|| emendatus.||**

Terentius Afer, Publius

Venetiis, 1558 [erschieden] 1559

Scena Tertia.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-723936)

A N D R I A

- uerum uis dicam? D. immo etiam
 Narrationis incipit mihi initium. C. quid me fiet?
 D. Eho impudens, non satis habes, quod tibi dieculam
 addo,
 Quantum huic promoueo nuptias? C. Dane attamen.
 D. quid ergo?
 C. Ut ducam. D. ridiculum. C. huc face ad me, ut uenias,
 si quid poteris.
 D. Quid ueniam? nihil habeo. C. attamen si quid. D. age,
 ueniam. C. si quid,
 Domi ero. D. Tu Mysis, dum exeo, parumper opperire
 hic.
 M. Quapropter? D. ita facto opus est. M. matura. D. iam
 inquam hic adero.

S C E N A T E R T I A A C T V S Q V A R T I.

M Y S I S.

- M. Il ne esse proprium cuiquam? Dij uostram fi-
 dem.
 summum bonum esse heræ putabam hunc
 Pamphilum,
 Amicum, amatorem, uirum, in quouis loco
 Paratum: uerum ex eo nunc misera quem capit.
 Dolorem? facile hic plus mali est, quam illic boni.
 Sed Dauus exit: mi homo, quid istuc obsecro est?
 Quò portas puerum?

S C E N A

SCENA QVARTA ACTVS IIII.

DAVVS, MYSIS.

D. Ysis nunc opus est tua
 m Mihi ad hanc rem exprompta memoria, atque
 que astutia.

M. Quidnam incepturus? D. accipe à me hunc ocyus,
 Atque ante nostram ianuam appone. M. obsecro,
 Humi ne? D. ex ara hinc sume uerbenas tibi,
 Atque eas substerne. M. quamobrem id tute non facis?

D. Quia, si forte opus ad herum iniurandum mihi
 Non apposuisse, ut liquido possim. M. intelligo.
 Noua nunc religio in te istac incessit, cedo?

D. Moue ocyus te, ut, quid agam, porro intellegas.
 Pro Iupiter. M. quid? D. sponsæ pater interuenit.
 Repudio consilium, quod primum intenderam.

M. Nescio, quid narres. D. ego quoque hinc ab dextera
 Venire me assumulabo. tu, ut subseruias
 Orationi, utcunque opu' sit uerbis, uide.

M. Ego, quid agas, nihil intellego: sed, si quid est,
 Quod mea opera opus sit uobis, aut tu plus uides,
 Manebo, ne quid uostrum romorer commodum.

QVARTI ACTVS SCENA V.

CHREMES, MYSIS, DAVVS.

C. Euertor, postquam, quæ opus fuere ad nuptias
 r Gnatae, parauit, ut inbeam accersi. sed quid
 hoc?

C 3 puer